

Universitätsbibliothek Wuppertal

Lukianu Hapanta

Zwinger, Jakob

Basileæ, [1619]

Vorwort

Nutzungsrichtlinien Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.
Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

<urn:nbn:de:hbz:468-1-1415>



MARCVS HOPPERVS

BASILIENSIS

Lectori S.



V C I A N V S , pueris & se-
nibus notus , qui etiam gra-
uen Criticorum censuram
iam aliquoties sustinuit : vi-
cit , evasit , nostra nihil ampli-
us commendatione opus ha-
bet . Sed novæ istius editio-
nis rationem qui reddamus , officij fortasse nostri
suerit . Sunt itaque duo maximè quæ nobis com-
mendatam eam reddere debent : nempe noua hæc
Operis totius partitio , & erudita illa quæ Dia-
logis plerique primùm nunc accedunt , Coim-
mentaria . Partiendo quidem illud secuti su-
imus consilium , quum enim talis sit author Lu-
cianus , qui ob Græcæ dictiōnis elegantiam , pu-
ritatem , proprietatem , facilitatem , obque re-
rum , historiarum , exemplorum *τοιητικῶν μη-*
θερ υδων illam admirandam proponi in Scho-
lis confueuerit atque adeo circumferendus ado-
lescentibus sit : in unum vero congestus volu-
men (præfertim hac forma , qua major aliqua
circumferendis libris apta non est) in magni-
tudinem non tam deformem , quam etiam

a 2 into=

53-2. IV Vol.

M. HOPPERI.

intolerabilem excresceret : placuit in Tomos aliquot iustæ magnitudinis eum diuidere , qui numero quatuore euasere : & sic quidem , vt quantum fieri potuit , singuli Tomi omnis generis Dialogos completerentur , Deorum videlicet , Marinorum , Mortuorum , & aliorum : ita verò , vt Primus castiores , Secundus grauiores , reliqui duo impuriores ~~et~~ r̄is vob̄s continerent . Quam tamen rationem si non adamassim vbique obseruatam deprehenderis , non id absque consilio factum putabis . At de nouis ilis Annotatio-
nibus , puta GILBERTI COGNATI , sin-
gulis prōp̄e Dialogis subnexis , minus multa for-
tasse mihi dicenda sunt , quod ipsius authoris ea
de re Praefatio h̄ic sequatur . Verūt quia mo-
destia & verecundia rem propriam iactare & ver-
bis adornare vetant : ne , quod in proverbio est ,
alicui obijciatur , oīv̄i p̄ iōv̄i v̄s̄ w̄en̄p̄ ēs̄v̄lāp̄s̄ : is-
deo candoris mei & gratitudinis fore duxi , vt de
viri illius , GILBERTI inquam nostri laudi-
bus , quas cuiuslatisissimas meretur , nihil dissi-
lem : vnde colligere facile quilibet poterit , non
friuolas , nec leuis momenti esse posse tanti
viri lucubrations , qui profecto natus est ad
honesta literarum studia iuuanda : domini , foris ,
& vbique h̄ec cura , hoc studium eius est , vt bo-
ni cuiuscunq̄ generis authores delitescentes
eruantur , vindicentur , illustrentur , inq̄e publi-
cum edantur : id quod nunc cum Luciano quo-
que fieri procurauit . Interea tamen & suas sub-
inde ,

P R A E F A T I O.

inde, claustris rerectis, in apertum Musas producit: quemadmodum videre est in laudatissimis il- lis operibus eius, quæ superiori anno in tres Tomos digesta prodiere, in quibus penè nullam totius Encyclopædiæ partem intactam reliquit. Quid dicam de eius humanitate, prudentia, maxi- ma illa rerum experientia, incomparabili erudi- tione, & alijs quibus prædictus est virtutibus? Aegris, si opus sit, salutariter consulit: mole cau- sarum oppressos, consilijs suis prudenter iuuat: af- flictas conscientias piè consolatur, Scripturæ arca- na explicat: vt trium illarum Facultatum, Medi- cinæ, Iurisprudentiæ, & Sacrosanctæ Theolo- giæ peritissimum eum dicas: & sic (quæ citra adulatioinem dixerim) omnibus fit omnia: idque (quod maximum est) tam humaniter, amanter, & propenso admodum animo facit. Quas sanè dotes, qui in homine non admiretur, veneretur atque collaudet, quis non dicat inuidia eum tor- queri? Hæc ideo etiam referto, candide Lector, vt cuius viri studio & opera illustratus tibi Lucia- nus veniat, intelligas: eius profectò, qui de autho- ribus, boni an mali sint, iudicare potest: vt eò mi- nus videlicet legere eum vereare. Vale: Ba-

sileç, Anno Virginei partus

1563. Cal. Martij.